Praefecto praenobilissimo
Regiae Bibliothecae publicae Monacensis
observantissime
Julius Petzholdt.

Nachträge zu diesem Catalogus
lieferte der Vf. im J. 1859 seinem
Anzeiger S. 305 — 311

Catalogus

„Indicis Librorum prohibitorum et expurgandorum."

Specimen


quod maxime Viris praenobilissimis et perillustribus Praefectis Bibliothecarum Berolinensis, Bruxellensis, Dresdensis, Florentinae, Gottingensis, Lipsiensis, Londinensis, Lovaniensis, Madritensis, Mediolanensis, Monacensis, Norimbergensis, Oxoniensis, Parisinae, Petropolitanae, Pragensis, Vaticano-Romanae, Venetianae et Vindobonensis, eo consilio, ut catalogum ex opibus suis corrigant, suppleant atque augeant, rite pie offert

Auctor **J. Petzholdt.**

Dresdae.

Typis Ernesti Blochmanni et filii.

1859.



Catalogus „Indicis Librorum prohibitorum et expurgandorum *).

Danielis Franci Disqvisitio academica De Papistarum Indicibus Librorum prohibitorum et expurgandorum, in qva De Numero, Autoribus, Occasione, Contentis, Fine, Damnis & Jure Indicum illorum disseritur, ut Vicem LL.CC. sustinere, inq; illam referri commodè possit, qvicqvid uspiam occurret de Librorum prohibitione aut depravatione. Praemissa est Cl. Arnoldi ad Autorem Epistola; adjectiqve sunt Indices locupletissimi Autorum atq; Rerum. Lipsiae, Haeredes Lanckisii. 1684. 4⁰ 18 ff. 275 pp.

Johannis Christophori Wendleri de Libris a Pontificiis aliisqve Haereticis in praejudicium Doctrinae Purioris nostra et superiori aetate suppressis et corruptis Schediasma complectens Supplementa ad Danielis Franci et Casp. Loescheri Scripta, latrocinia qvae in Scriptores publicos Haeretici commiserunt, exponentia. Praemissa est Dissertatio praeliminaris qua asseritur adversvs Stanislavm Rescivm, Baronivm, Labbevm, Colomesivm, Brietivm, Kollonitschivm, Antonivm Varillasivm, Natal. Alexandrvm, et Gothofredvm Arnoldvm, Lvtheranos in praejvdicivm coelestis veritatis neqve svpprimere neqve corrvmpere Scriptores ecclesiasticos et profanos. Jenae, vid. Mayeriana. 1714. 4.⁰ 1 f. 40, 20, 66 pp.

Hi libelli — quorum alter Wendlerianus, mutato tantum titulo reliquisque omnibus intactis, iterum in publicum prodiit sub hac inscriptione „Jo. Christoph. Wendleri de Libris a Pontificiis aliisqve Haereticis in praeivdicivm Doctrinae Pvrioris nostra et svperiori aetate svppressis et corrvptis Schediasma. Ienae, Ritter. 1730. 4.⁰" — quaedam litteraria cum ad Indicem ipsum tum ad libros Indice prohibitos pertinentia continent.

*) Omnium quae extant editionum in hoc specimine tantum eas commemorandas statui, quas vel ipse videram et contuleram, vel quarum titulos ex diversis librorum catalogis aliisque scriptis fide quadam dignis collegeram: hosce titulos asteriscis additis insignes feci. Reliquas editiones, quas hic illic cum non satis accurate tum justo brevius commemoratas inveneram, appendicis loco consignavi.

Thesavrvs bibliographicvs ex Indicibvs Librorvm prohibitorvm et expvrgatorvm Romanis, Hispanicis, Belgicis, Bohemicis etc. aliisqve id genvs monvmentis congestvs opera Consortii Theologici Dresdensis Pensvm I—VIII. Dresdae, impr. Harpetervs. S. a. (tantum Pens. III: 1743 & Pens. VI—VIII: 1747.) 4.° 102 ff.

Opusculum non ad finem perductum tantum libros ab „Academ." usque ad „Litaniae" complectitur. Praefationibus singulorum Pensorum nomina sua subscripserunt hi sodales „Consortii Theologici Dresdensis": Joa. Aug. Puttrich, Christ. Gotth. Schmieder, Joa. Christ. Axt, Joa. Mich. Schmeisser, Joa. Godofr. Koenig, Christ. Sigism. Laurich, Christ. Benj. Schaiblin, Car. Otto Springsgut, Joa. Christ. Glasewald, Car. Sam. Kühn. Christ. Gottl. Knackfus, Benj. Godofr. Weinart, Joa. Christ, Koerner, Adam Bened. Spitzner, Christ. Gottl. Flachs, Joa. Gottl. Thenius.

Commentatio I—III de Indicibvs Librorvm prohibitorvm et expvrgandorvm, eorvmqve Naevis variis, qva praemissa, Maecenates ac Favtores Scholae Crvcianae ad Orationes pvblice avdiendas etc. honorifice invitat Christianvs Schoettgenivs. Dresdae, impr. Harpeter. 1732—33. 4.° 48 pp. — Commentatio de Naevis litterariis Indicvm prohibitoriorvm et expvrgatoriorvm, qva praemissa, Maecenates ac Favtores Scholae Crvcianae ad Orationes pvblice avdiendas etc. honorifice invitat Idem. Ibid. 1733. 4.° 8 pp. — Commentatio de Naevis politicis Indicvm prohibitoriorvm et expvrgatoriorvm prima, qva praemissa Maecenates ac Favtores Scholae Crvcianae ad Orationes Ivvenvm ad Academias abitvrientivm etc. pvblice avdiendas honorifice invitat Idem. Ibid. 1735. 4.° 16 pp.

Hae commentationes haud parvi aestimandae sunt, propterea quod auctor plurimam partem editionum Indicis, quas commemoravit, ipse viderat.

Notitia Indicis Librorvm expvrgandorvm editi per Fr. Jo. Mariam Brasichellen Sacri Palatii Apostolici Magistrvm qvae et introdvctionis loco in Historiam Indicvm prohibitoriorvm et expvrgatoriorvm esse qveat recensente Nicolao Ernesto Zobelio. Altorfii, Hessel. 1745. 8.° 80 pp.

Constat duobus capitibus, quorum primum „De Indicibvs Librorvm prohibitorvm et expvrgandorvm in genere" atque alterum „De Indice expvrgatorio Brasichellano" agit. Ista, quae primo capite continetur, „Designatio Indicvm prohibitoriorvm & expvrgatoriorvm qvi inde a repvrgatae per B. Lvthervm religionis tempore prodiere" post commentationes Schoettgenianas, quae possunt ea suppleri, auctoritatem et vim suam habet.

Viro clarissimo ac doctissimo Joanni Henrico Blanke Colegii Carolini P. P. O. et Gymnasii Cathar. Rectori novvm mvnvs novvmqve honorem gratvlatvr et Indicvm Libb. prohibitorvm et expvrgandorvm Historiam propediem edendam primis velvt

lineis designat Elias Caspar Reichard. Brvnsvigae litteris Keitelianis. [1746.] 4.° XVI pp.

Continet permultas quidem de editionibus Indicis notitias, quae tamen maximam partem non satis accurate descriptae sunt.

Storia polemica delle Proibizioni de' Libri scritta da Francescantonio Zaccaria e consecrata alla Santità di Nostro Signore Papa Pio Sesto felicemente regnante. Roma, Salomoni. 1777. 4.° XX, 399 pp. N. lib. 96

Ex hoc opere multae et satis accuratae notitiae hauriri possunt de editionibus Indicis, quarum certe Italicarum auctor magnam copiam cognitam habuisse videtur.

Dictionnaire critique, littéraire et bibliographique Des principaux Livres condamnés au feu, supprimés ou censurés; précédé d'un Discours sur ces sortes d'ouvrages. Par G. Peignot. Tom. I—II. Paris, Renouard. 1806. 8.° XVI, XL, 343 pp. & 2 ff. 295 pp. (Opus mille exemplis expressum.) " 217

Hoc opus, cui ab initio auctor titulum „Le Bucher bibliographique" inscribere voluerat, quamquam permultis exemplis expressum est, tamen fere rarius reliquis omnibus auctoris operibus invenitur. Id satis magni momenti est; nam praeter superflua quaedam, quae in omnibus Peignotianis operibus hic illic deprehenduntur, auctor non solum titulos admodum multorum librorum, quorum magnam copiam ipse viderat, collegit et maxime Francogallicos accurate descripsit, sed etiam de istis libris adnotationes doctas et lectoribus gratas composuit. Ceterum hoc opus continet cum Tom. I. pp. 256—66 „Liste bibliographique des index librorum prohibitorum les plus remarquables", tum Tom. II. pp. 240—54 „Notice chronologique de quelques personnes qui ont été condamnées pour cause d'opinions, et dont la plupart n'ont pas écrit."

The Literary Policy of the Church of Rome exhibited, in an Account of her Damnatory Catalogues or Indexes, both prohibitory and expurgatory. With various illustrative Extracts, Anecdotes, and Remarks. By Joseph Mendham. Second Edition, much enlarged. London, Duncan. 1830. maj. 8.° XXXVI, 371 pp. Accedit Supplementum, ibid. 1836. 34 pp.

Ex hoc opusculo, quod primum a. 1826 in publicum prodierat, uti ex uberrimo fonte multae atque accuratae notitiae de editionibus Indicis hauriri possunt. Attamen conspectus notitiarum satis incommodus est.

Pieces diverses relatives à la censure émanées du gouvernement des Pays-Bas ou de ses conseillers; publiées par le Baron De Reiffenberg. V. opus ab eodem editum: Annuaire de la Bibliothèque Royale de Belgique. Année IX. Bruxelles et Leipzig, Muquardt. 1848. maj. 12.° pp. 49—104.

Ex collectione manuscripta Gasparoli Antverpiensis, quae Bruxellis in bibliotheca Burgundica asservatur, haustum. Ab initio catalogus „Indicum librorum prohibitorum et expurgandorum", cui tamen omnis bibliographica fides deest, invenitur.

Des Index prohibitifs et expurgatoires; par F. L. Hoffmann. V. Annuaire de la Bibliothèque Royale de Belgique, par le Baron de Reiffenberg. Année X. Bruxelles et Leipzig, Muquardt. 1849. maj. 12.° pp. 179—210.

Hic catalogus maxima bibliographica fide compositus in duas partes dividitur, quarum prima „Quelques Index de la Bibliothèque de F. L. Hoffmann, à Hambourg" atque altera „Quelques Index de la Bibliothèque publique de la ville de Hambourg" continet. Pauca quaedam additamenta auctor in opere „Bulletin du Bibliophile Belge Tom. XIII = 2e Série Tom. IV. 1857. pp. 145—47" juris publici fecit.

* * *

*Die Catalogen of inventaryen van den quaden verboden bouken: na advis der Universiteyt van Louen. Met een edict oft Mandement der Keyserlycker Majesteyt. Te Louen geprint by servaes van Sassen. MCCCCC.X. 4.°

Sic a Panzero in Annalibus Typographicis Tom. VII. p. 258 sub a. MDX. commemoratum.

Ordnung, Statuten, vnd Edict, Keiser Karols des Fünfften, Publicirt in der namhafften Stat Brüssel, in bey sein jrer Maiestet Schwester vnd Königin, Gubernant vnd Regent seiner Niderland, den vierden Octobris, Anno Christi. 1540. — Explicit: Durch des Keyser vnd seinen Rathe. Verreycken. min. 4.° 14 ff.

*Mandement der Keyserlycker Majesteit, wytgegeven int' jaer 46, met d'intitulatie ende declaratie van de gereprobeerde boecken geschiet by den doctoren in de faculteit van theologie in d'Universiteit van Loeven: duer d'ordonnantie ende bevel der selver K. M. Loeven, Servaes van Sassen. 1546. 8.°

*Mandement de l'imperiale Maieste donne et publie en l'an XLVI. Avecq Catalogue, Intitulation, ou declaration des livres reprouvéz, faicte par Messieurs les Docteurs en sacree Theologie de Luniversite de Louvain, a l'ordonnance et commandement de la susdicte Maieste Imperiale. Louvain, impr. par Servais van Sassen. 1546. 8.° 39 ff.

Il Catalogo de Libri, li qvali nvovamente nel mese di Maggio nell' anno presente M.D.XLVIIII. sono stati condannati, & scomunicati per heretici, Da M. Giouan della casa legato di Vinetia, & d'alcuni frati. É aggivnto sopra il medesimo catalogo vn iudicio, & discorso del Vergerio. S. l. 1549. 4°. 84 ff.

* Ordonnantie ende Edict des Keysers Kaerle die V, vernieuwt in den april int' jaer MCCCCCL om t'extirperen ende te uyet te brengen die secte ende errueren, opgeresen tegen t'heylige kersten-geloove, ende tegen die ordonnantien van onser moeder der heyliger kerken, metten den catalogue van

de gereprobeerde ende verboden boecken, ende oock van den goeden boecken die men den jongen scholieren sal mogen leeren by adviese vanden Rector ende die vander Universityt van Loeven, geprint te Loeven by Servaes Sassenus ghesworen printer duer bevel der Keyserlycker Majesteit. 1550. 4°.

* Die Catalognen of Inventarisen van den quaden verboden boucken: ende van andere goede, die men den jongen scholieren leeren mag, na aduijs der Universiteyt van Loeven. Met een Edict of Mandement der Keyserlycker Majesteyt, Loeven, by Servaes van Sassen. 1550. 4°.

De hac atque aliis Indicis editionibus Belgicis cf. „De Laudibus quibus veteres Lovaniensium Theologi efferri possunt Oratio quam die vigesima sexta mensis Julii MDCCCXLVII habuit Petrus Franc. Xav. de Ram Rector etc. quum Viros eruditissimos Henricum Joannem Feye SS. Canonum Doctorem et Carolum de Blieck S. Theologiae Doctorem more majorum renunciaret. (Lovanii, excud. Vanlinthout et Vandenzande. 1848. 8°.) pp. 28—34.

* Ordonnance et Édict de l'Empereur Charles-Quint, renouvellé en sa cité impériale d'Augsbourg, au mois de septembre MCCCCC cinquante, pour l'extirpation des sectes et conservation de notre saincte foy catholicque. Louvain par Servais Sassenus. 4°.

* Catalogue des Livres réprouvez et de ceux que l'on pourra enseigner par l'advis de l'Université de Louvain. Louvain par Servais Sassenus. 1550. 4.°

* Ordnung und Mandat Keiser Caroli V vernewert im april ano 1550. Zu aussrotten vnd zu vertilgen die Secten und Spaltung, welche entstanden sind widder vnsern heiligen Christlichen glauben und wider die ordnung vnser Mutter der heiligen Christlichen Kirchen. Item ein Register der verworffenen und verbottenen Büchern, auch von guten Büchern, welche man inn der Schulen lesen mag. Item eine Vermanung des Rectors der Uniuersitet zu Löuen. Item ein ander Keisers Mandat, von dem selbigen Handel in 40 jar ausgangen. Transferirt aus einem gedruckten Brabandischen Exemplar. S. l. et a. 4.° 34 ff.

Haec editio, quam Matthias Flacius Illyricus praefatus est, anno MDL. typis Magdeburgicis expressa esse dicitur.

* Catalogi Librorum reprobatorum et praelegendorum ex judicio Academiae Lovaniensis. Cum Edicto Caesareae Majestatis evulgati. Lovanii, ex officina Servatii Sasseni. Jussu, Gratia et Privilegio Caesareae Majestatis. 1550. 4.°

Le Catalogue des Livres examinez, & cēsurez par la Faculté de Theologie de l'vniuersité de Paris, depuis l'an mil cinq cents quarante & quatre, iusques à l'an present, suyuāt l'édict du Roy, donné à Chasteau Briant. Et publié en la court de Parlemēt le troisiesme iour de Septembre, audict an mil cinq cēts cinquāte & vn. Paris par Jehan André. 8.º 52 ff.

Continet: Decanvs et Facultas Theologorum Parisiensium, omnibus in Christo fidelibus S. — Catalogvs Librorum qui hactenus à Facultate Theologiae Parisiensi diligenter examinati, censuráque digni visi sunt, ob causas in calce superioris epistolae fusius declaratas, ab anno domini 1544, vsque ad annum 1551. secūdum ordinem alphabeticum, iuxta authorum cognomina — Catalogvs Librorum quorum incerti sunt authores — Catalogvs Librorum Gallicorum, ex certis authoribus iuxta illorum cognomina, secūdum ordinē alphabeticum — Catalogvs Librorum Gallicorum ab incertis authoribus — Censvra Librorvm sequentium & similium — Priuilege du Roy. —
Eodem tempore haec etiam scriptio in publicum prodiisse dicitur: „Catalogus Librorum Lutheranorum et Calvinianorum ab anno 1544. usque ad annum 1551. a Facultate Theologiae Parisiensi prohibitorum. S. l. et a. 8.º"; qui catalogus in opere „Collectio Judiciorum de novis Erroribus, qui ab initio duodecimi seculi post Incarnationem Verbi, usque ad annum 1632. in Ecclesia proscripti sunt & notati: etc. Operâ & Studio Caroli Duplessis d'Argentré. Tom. II. (Lutetiae Parisiorum, Cailleau. 1728. fol.)" pp. 164—78 typis repetitus est sub hoc titulo: „Catalogus librorum ab Anno 1544. usque ad annum 1551. Censura notatorum a Facultate Theologiae Parisiensi. & olim in lucem Editus anno 1551. cum hac Praefatione." Praeter istum catalogum in Collectione commemorata pp. 134—36 alter „Catalogus Librorum Visitatorum & qualificatorum per Facultatem Theologiae Parisiensis a Festo Nativitatis Dominicae, anno Domini 1542. ad secundam diem Marte ejusdem anni" invenitur.

* Censura Generalis contra errores quibus recentes haeretici sacram scripturam asperserunt, edita a supremo Senatu Inquisitionis adversus haereticam pravitatem et apostasiam in Hispania, et aliis regnis, et dominiis Caesareae Majestati constituto. Pinciae. Ex officina Francis. Ferdinan. Corduben. 1554. 4.º

Catalogvs Librorvm haereticorum qvi hactenvs colligi potuerūt à iuris Catholicis, supplendus in dies, si qui alij ad notitiam deuenerint, de commissione tribunalis, Sanctissimae Inquisitionis Venetiarum. Venetiis apud Gabrielem Ivlitvm de Ferraris, et fratres. 1554. Explicit: Ex exemplari Venetiis excvso. 1554. 16.º 19 ff.

Hic index in „Jos. Mendham's Index of Prohibited Books, by command of the present Pope, Gregory XVI. in 1835. London 1840. maj. 12.º" ad exemplum Venetianum 21 ff. octavae formae typis repetitus est.

*Le Catalogue des livres examinez & censurez par la Faculté de Theologie de l'vniuersité de Paris, depuis l'an mil cinq cens quarante & quatre, iusques à l'an mil cinq cens cinquante & vn, suyuant l'edict du Roy, donné à Chasteaubriant. Et publié en la court de Parlement le troisiesme de Septembre, mil cinq oens cinquant & vn: Auquel sont adioustez ceulx qui ont été visitez & censurez depuis la premiere impression. Paris per Dallier. 1556. 8.⁰ 7½ pll.

*Catalogus ~~Librorum~~ haereticorum. Aeditus Venetiis de Commissione Tribunalis Sanctissimae Venetiarum apud Gabrielem Julitum et fratres de Ferraris. Cum Annotationibus Athanasii. In Regio Monte Borussiae impr. Daubmannus. 1556. 8.⁰

Athanasius i. e. P. P. Vergerius.

*Index Auctorum et Librorum, qui tamquam haeretici aut suspecti aut perniciosi, ab Officio S. R. Inquis. reprobantur et in vniuersa Christi republica interdicuntur. Romae ap. Anton. Bladum. 1557. 4.⁰

*Catalogue des Livres réprouvés et des Livres que l'on pourra lire aux enfans et eschollеs particulières, selon le jugement de l'Université de Louvain. Louvain 1558. 4.⁰

Index Avctorvm, et Librorvm qui ab Officio Sanctae Rom. & vniuersalis Inquisitionis caueri ab omnibus & singulis in vniuersa Christiana Republica mandātur, sub censuris contra legentes, vel tenentes libros prohibitos in Bulla, quae lecta est in Coena Domini Expressis, & sub alijs poenis in Decreto eiusdem Sacri Officij contentis. Bologna per Antonio Giaccarello & Pelegrino Bonardo compagni. (1559.) 8.⁰ 32 ff.

*Cathalogus Librorum, qui prohibentur mandato Illustrissimi et Reverend. D. D. Ferdinandi de Valdes, Hispalen. Archiepi, Inquisitoris Generalis Hispaniae. Necnon et Supremi Sanctae ac Generalis Inquisitionis Senatus. Hoc Anno M. D. LIX. editus. Quorum jussu & licentia Sebastianus Martinez Excudebat. Pinciae. — Fue impresso en Valladolid. En casa de Sebastian Martinez. Año de 1559. Pedro de Tapia. 4⁰. 72 pp.

*Index Auctorum et Librorum, qui ab Officio Sanctae Romanae et Vniuersalis Inquisitionis caueri ab omnibus et singulis in uniuersa Christiana republica mandantur; Sub censuris contra legentes vel tenentes libros prohibitos in bulla, quae lecta est in coena Domini † expressis, et sub aliis poenis in decreto eiusdem Sacri Officii contentis. Romae, typis Bladi, Cameralis Impressoris, de mandato speciali Sacri Officii. 1559. 4.⁰

De hoc indice, qui et quarta et octava forma editus esse dicitur, cf. cum tractatum a Petro Paulo Vergerio scriptum

„A gl' Inqvisitori che sono per l'Italia. Del Catalogo di libri eretici, stampato in Roma nell' Anno presente. M. D. LIX. [Iis, quae auctor ad Regem Bohemiae praefatus est, subscripsit: Di Tubinga, il primo di Settembre del LIX. Vergerio.] min. 8.⁰ 54 pp.", tum alterum libellum „In Catalogum Haereticorum nuper Romae editum, Thomae Naogeorgi Satyra. Adiectis etiam alijs, eiusdem argumenti. Anno 1559. 8.⁰ 39 pp."

* Index Auctorum & Librorum, qvi ab officio S. Rom. & universalis Inqvisitionis caveri ab omnibus & singulis in universa ecclesia Christiana mandantur; Sub censuris contra legentes, vel tenentes Libros prohibitos in Bulla, qvae lecta est in Coena Domini, expressis, & sub aliis poenis in Decreto ejusdem Sacri Officii contentis. Venetiis, Lilius & socii excud. 1559. 8.⁰ 4 pll.

Postremvs Catalogvs Haereticorum Romae conflatus. 1559. Continens alios qvatuor Catalogos, qui post decennium in Italia, nec non eos omnes, qui in Gallia & Flandria post renatum Euangelium fuerunt aediti. Cum Annotationibus Vergerij. 1560. 16.⁰ (vel min. 8.⁰) 75 ff. Explicit: Corvinus excvdebat Pfortzheimij, 1560.

Dedicatio, quae Indici antecedit, hisce verbis finita est: „Tubingae, die 12 Sep. 1559." Ipse Index Avctorum et Librorum, quem „Primvs Tomvs Operum Vergerii. Adversvs Papatum. Tvbingae, Morhard. 1563 4.⁰ ff. 245—308" typis repetitum continet, hunc finem habet: „Hic Index excusus est ad autographū Antonij Bladi, Cameralis impressoris, de mandato speciali Sacri Officij, Romae, Anno M. D. LJX. mense januarij."

* Catalogus Librorum haereticorum Romae conflatus 1559. Continens alios quatuor Catalogos, qui post decennium in Italia, nec non eos omnes qui in Gallia et Flandria post renatum Evangelium fuerunt aediti. Cum nonnullis annotationibus Vergerii, quae tirrannidem, ineptias et foeditatem ipsius catalogi magis aperiant. Regiomonti Borussiae, Daubmann. 1560. 8.⁰

* Censura Generalis contra errores, quibus recentes haeretici sacram scripturam asperserunt, edita a supremo Senatu Inquisitionis, constituto adversus haereticam pravitatem, et apostasiam in Hispania, et aliis regnis, et dominiis Caesareae Majestati subjectis. Venetiis, Ex officina Jordani Zileti. 1562. 4.⁰

* Index Librorum prohibitorum cum Regulis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos auctoritate Sanctiss. D. N. Pii IIII., Pont. Max. comprobatus. Habita prius facultate, et authoritate a Reverendo D. D. Leone de Lianoriis Canonici, et Generalis Vicarii Bonon. Ac insuper a R. P. Inquisitore. Bononiae. 1564. 4.⁰

* Index Librorum prohibitorum, cum Regulis confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos, auctoritate S. D. N. Pii IV.

P. M. comprobatus. Coloniae, Apud Maternum Cholinum. 1564. 8.⁰ 4½ pll.

* Index Librorum prohibitorum cum Regulis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos, auctoritate Sanctiss. D. N. Pii IIII., Pont. Max., comprobatus. Romae. Apud Paulum Manutium, Aldi F. 1564. 4.⁰ 72 pp.

Praeter hanc editionem altera quoque octavae formae in publicum prodiit.

Index Librorvm prohibitorvm, cvm regvlis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos, auctoritate Sanctiss. D. N. Pij IIII, Pont. Max. comprobatus. Venetiis, Aldvs. 1564. min. 8.⁰ 32 ff.

Index Librorvm prohibitorvm, cvm Regvlis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos, auctoritate Sanctiss. D. N. Pij IIII. Pont. Max. comprobatus. Coloniae Apud Cholinum. 1568. min. 8.⁰ 40 ff.

* Index Librorvm prohibitorvm cum Regvlis. Confectis per Patres à Tridētina Sÿnodo delectos authoritate Sāctiss. D. N. Pii IIII, Pont. Max. comprobatus. Leodii, impens. Hovii. 1568. min. 8.⁰ 68 pp.

* Librorvm prohibitorvm Index, ex Mandato Regiae Catholicae Maiesta^tis, et Illustriss. Ducis Albani, Consiliiq́ue Regij Decreto confectus, et editus. Antverpiae, ex officina Christ. Plantini. 1569. 16.⁰ 40 ff.

Index Librorvm prohibitorvm, cvm Regvlis confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos, auctoritate Sanctiss. D. N. Pij IIII. Pont. Max. comprobatus. Coloniae Apud Maternum Cholinum. 1569. 12.⁰ 35 ff.

Index Librorvm prohibitorvm cum Regulis, Confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos, authoritate Sanctiss. D. N. Pij IIII, Pont. Max. cōprobatus. Vna cum ijs qui Mandato Regiae Catholicae Maiestatis, et Illustriss. Ducis Albani, Consilijq́; Regij Decreto, prohibentur, suo quaeq́; loco et ordine repositis. Leodii. Impensis Henrici Houij. — Explicit: Leodii. Typis Gualteri Morberij typographi iurati, ad Pontē insulae, sub intersignio Patientiae. Anno Dni 1569. min. 8.⁰ 32 ff.

* Librorum Authorumque Sedis Apostolicae Sacrique Concilii Tridentini authoritate prohibitorum. Iterumque eorum, ex quibus integra Bibliotheca catholica institui recte possit, Index. Pro usu monasteriorum in Bavaria editus. Monachii. 1569. 4.⁰

Index Librorvm prohibitorum, cum regvlis confectis per patres a Tridentina Synodo delectos, Auctoritate Sanctiss. D. N. Pij IIII. Pont. Max. comprobatus. Cvm Appendice in Belgio ex

mandato Regiae Cathol. Maiestatis confecta. Antverpiae, Ex officina Christophori Plantini. 1570. 8.° 119 pp.

Antecedit „Philippi II. Regis Catholici Edictvm De Librorum prohibitorum Catalogo obseruando. Antverpiae, Ex officina Christophori Plantini 1570. Cum privilegio. 8.° 8 ff.“ linguis francogallica, hollandica et germanica scriptum et datum „Bruxelles, le 15. iour de Feurier, l'an de grace mil cincq cens soixante neuf etc.“

Hujus editionis exempla inter se paululum diversa extant: ex. gr. in quodam exemplo, quod hunc titulum habet „Index Librorvm prohibitorvm cvm regvlis confectis per patres a Tridentina Synodo delectos, auctoritate Sanctiss. D. N. Pij IIII, Pont. Max. Cvm Appendice in Belgio, ex mandato Regiae Cathol. Maiestatis confecta. Antverpiae. Ex officina Christophori Plantini, 1570.“, illud edictum ita expressum invenitur „Philippi II. Regis Catholici Edictvm De Librorum prohibitorum Catalogo obseruando. Antverpiae Ex officina Christophori Plantini 1570. Cvm privilegio.“, linguis francogallica, hollandica et latina scriptum et datum „Bruxelles, le 15 iour ce Februier, l'an de grace mil cincq cens soixante neuf etc.“

* Philippi II regis Catholici edictvm. De librorum prohibitorv̄ Catalogo observando. Leodii, impens. Hovii. 1570. min. 8.° 64 ff.

Haec editio paucissimis nota esse videtur. Cf. Bulletin du Bibliophile Belge Tom. IX. Nr. 2. pp. 121—23.

Index Librorvm prohibitorvm. Cvm Regvlis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos, Sanctissimi Domini Pij IIII. tunc Pontificis Maximi autoritate comprobatus. Venetiis, Apud Regazolam, & Caualcalupum, socios. 1570. min. 8.° 48 pp.

Index expurgatorius librorum qui hoc seculo prodierunt, vel doctrinae non sanae erroribus inspersis, vel inutilis et offensivae maledicentiae fellibus permixtis, juxta Sacri Concilii Tridentini decretum; Philippi II. Regis catholici jussu et auctoritate, atque Albani Ducis consilio ac ministerio in Belgia concinnatus, anno M. D. LXXI. Antverpiae, ex offic. Christophori Plantini. 1571. 4.° 8 ff. 108 pp. Accedunt 4 ff. hisce paginis intermixta.

Perrara editio. Cf. de Backer et Ruelens Annales de l'Imprimerie Plantinienne p. 112. — Hujus indicis altera quoque editio duodecimae formae extare hic illic scribitur.

* Censura in Glossas & Additiones Juris Canonici, omnibus exemplaribus hactenus excusis respondens. Ex Archetypo Romano, Pontificis Maximi jussu aedito. Librorum, titulorum, & capitulorum numerus, omnibus: Paginarum vero Lugdun. & Venet. Codicibus, post annum 1553. impressis respondet. Coloniae, Cholinus. 1572. 8.° 57 ff.

* Index Librorum prohibitorum, cum Regulis confectis per Patres à Tridentina Synodo collectos. Venetiis apud A. de Alarium. 1575. 8.° 3 pll.

*Index Librorum prohibitorum, cum regulis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos autoritate Sanctissimi Domini nostri Pii IIII. Pont. Max. comprobatus. Nunc recens de mandato Illustriss. ac Reverendiss. D. Georgii Dalmeida Metropolyt. Archiepiscopi Olysipponensis totiusque Lusitanicae ditionis Inquisitoris Generalis in lucem editus. Addito etiam altero Indice eorum Librorum qui in his Portugalliae Regnis prohibentur, cum permultis aliis ad eandem Librorum prohibitionem spectantibus, ejusdem quoque Illustriss. ac Reverendiss. Domini jussu. Olysippone excud. Riberius. 1581. 4.⁰

Haec editio, quae et exemplis quartae et octavae formae typis expressa esse hic illic refertur, in duas partes divisa est, quarum altera hunc suum titulum habet: „Catalogo dos Livros que se prohibem nestes Regnos & Senhorios de Portugal, por mandado do Illustrissimo Reverendissimo Senhor Dom Jorge Dalmeida Metropolytano Arcebispo de Lisboa, Inquisidor Geral, &c. Com outras cousas necessarias à materia da prohibiçaõ dos Livros. Impresso em Lisboa per Ribeiro impressor de sua Illustrissima & Reverendiss. Señoria. 1581."

Index Librorvm Avthorvmqve S. Sedis Apostolicae, Sacrique Concilij Tridentini authoritate prohibitorum, insertis suo loco nonnullis in Tridentino Indice non comprehensis, quorum tamen lectione omnibus Christi fidelibus in Bauaria existentibus interdixit Reuerendissimus in Christo Pater ac Dñs, Dñs Felicianus, Episcopus Scalensis, & Sanctissimi Dñi nostri Gregorii XIII. ad Bauariae & alias partes Germaniae superioris Nuncius, cum potestate legati de latere, &c. cum praefixo eiusdem Reuerendissimi Dñi Nuncij hac de re mandato. Monachii Excudebat Berg. 1582. 4.⁰ 48 ff.

Index & Catalogus Librorum prohibitorum, mandato Illustriss. ac Reverendiss. D. D. Gasparis a Qviroga, Cardinalis, Archiepiscopi Toletani, ac in regnis Hispaniarum Generalis Inqvisitoris, denuo editus. Cum consilio supremi Senatus Sanctae Generalis Inquisitionis. Madriti apud Gomezium, Reg. Typogr. 1583. 4.⁰ 25½ pll.

*Index Librorum expurgatorum, Illustrissimi ac Reverendiss. D. D. Gasparis Qviroga, Cardinalis & Archiep. Toletani, Hisp. generalis Inquisitoris jussu editus. De consilio supremi Senatus S. Generalis Inquisit. Madriti apud Gomezium Reg. Typogr. 1584. 4.⁰ 198 ff.

Index expvrgatorivs librorvm qvi hoc secvlo prodiervnt, vel doctrinae non sanae erroribus inspersis, vel inutilis & offensiuae maledicentiae fellibus permixtis, iuxta sacri Concilij Tridentini decretum: Philippi II Regis Catholici iussu & auctoritate, atque Albani Ducis consilio ac ministerio in Belgia concinnatus; anno MDLXXI. Nunc primùm in lucem editus,

& praefatione auctus ac regij diplomatis interpretatione. Apud Joannem Mareschallum Lugdunensem. 1586. 16.⁰ 30 ff. 292 pp.

Editus a Francisco Jvnio.

* Enchiridion Ecclesiasticum sive Praeparatio pertinens ad Sacramentum Poenitentiae et Sacri Ordinis, Editum a R. P. F. Gregorio Capuccino Neapolitano uno ex Deputatis Patribus pro Revisione Librorum in Civitate Neapolitana per Illustriss. et Reverendiss. Archiepiscopum, Nunc denuo auctum, et amplificatum ab eodem Auctore, et tandem typis chalcographis traditum. Cura admodum excel. ac R. P. D. Horatii Venetia V. I. D. Canonici Ecclesiae Neapolitanae Ecclesiasticis Viris ac philosophiae, et legum studiosis valde utile, et necessarium. Cum Privilegio S. Fran. Insti. Regv. Fr. Min. Venetiis. Sumptibus J. Anelli de Maria Bibliopolae Neapolitani. H. Polo Typographo Veneto imprimente. 1588. 8.⁰

Index incipit p. 146 sub hoc titulo: „Libri Corrigendi."

* Bulla Smi D. N. Sixti Papae V. Emendatioris indicis cum suis regulis super librorum prohibitione, expurgatione, et revisione, necnon cum abrogatione caeterorum indicum hactenus editorum, et revocatione facultatis edendorum, nisi ad praescriptam harum regularum normam. Romae, Apud Paulum Bladum Impressorem Cameralem. 1590. 4.⁰ 58 num. & 2 non num. ff.

* Index Librorum prohibitorum cum Regulis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos, auctoritate Pii IV. primum editus, postea vero a Sixto V., & nunc demum a Sanctissimo D. N. Clemente Papa VIII. recognitus, & auctus, Instructione adjecta de imprimendi, & emendandi libros ratione. Romae apud Paulum Bladum Impressorem Cameralem. 1593. 4.⁰

Hic Index perraro invenitur, propterea quod ab initio quam maxime suppressus est.

Index Librorvm prohibitorvm cvm Regvlis confectis Per Patres à Tridentina Synodo delectos Avctoritate Pii IIII. primvm editvs postea vero a Syxto V. avctvs et nvnc demvm S. D. N. Clementis PP. VIII. iussu, recognitus, & publicatus. Instrvctione adiecta. Dè exequendae prohibitionis, dèq. sincerè emendandi, & imprimendi libros, ratione. Romae, Apùd Impressores Camerales. 1596. 4.⁰ 18 non num. & 46 num. ff.

Hujus Indicis exempla quaedam extare dicuntur, quorum titulis haecce verba adjecta sunt: „Cum Priuilegio Summi Pontificis, ad Biennium."

Index Librorvm prohibitorvm cvm Regvlis confectis Per Patres à Tridentina Synodo delectos Avctoritate Pii IV. primvm editvs, Postea verò à Syxto V. auctus, et nvnc demvm S. D. N. Clementis Papae VIII. Jussu recognitus, & publicatus. Instrvctione adiecta De exequenda prohibitionis, deque sincerè

emendandi & imprimendi libros, ratione. Romae, Apud Impressores Camerales. Cum Priuilegio Sum. Pont. ad Biennium. 1596. 8.⁰ 64 pp.

Appendicis loco pp. 65—190 continentur: „Librorvm Post Indicem Clementis VIII. prohibitorum Decreta Omnia hactenus edita. Romae, Ex Typographia Reu. Cam. Apost. 1624. 8.⁰

Index Librorvm prohibitorvm cvm Regvlis confectis Per Patres à Tridentina Synodo delectos Avctoritate Pii IIII. primvm editvs, Postea verò à Syxto V. àuctus, et nvnc demvm S. D. N. Clementis Papae VIII. Jussu recognitus, & publicatus. Instrvctione adiecta De exequendae prohibitionis, dèq; sincerè emendandi, & imprimendi libros, ratione. Romae, apud Impressores Camerales. Cùm Priuilegio Summi Pont. ad Biennium. 1596. 12.⁰ 65 ff.

Index Librorvm prohibitorvm, Cum regulis confectis per Patres à Trident. Synodo delectos; Auctoritate Pij IIII. primùm editus; Posteà verò à Syxto V. auctus. Et nunc demum S. D. N. Clementis PP. VIII. iussu, & recognitus, & publicatus Instructione adiecta. De exequendae prohibitionis, dèq; sincerè emendandi, & imprimendi libros, ratione. Romae, & Bonon. apud Haered. Jo. Rossij. 1596. Superiorum permissu. 12.⁰ 156 pp.

Index Librorvm prohibitorvm, Cum Regulis confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos; Auctoritate Pij IIII. primùm editus; Posteà verò à Syxto V. auctus. Et nunc demùm S. D. N. Clementis Papae VIII. iussu recognitus, & publicatus. Instructione adiecta, De exequendae prohibitionis, deq́; sincerè emendandi, & imprimendi libros, ratione. Romae, Apud Impressores Camer. Et Mediolani, Apud Impress. Archiep. 1596. 12.⁰ 128 pp. N. libr. 141.

* Index Librorum prohibitorum cum regulis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos. Auctoritate Pii IIII. primum editus, postea vero a Syxto V. auctus: Et nunc demum S. D. N. Clementis P. P. VIII. jussu recognitus, et publicatus. Instructione adjecta. De exequendae prohibitionis deq. sincerè emēdandi, et imprimendi libros ratione. Impress. de mandato Illustriss. et Reverendiss. Domini D. Antonii de Matos de Norogna Episcopi Helvensis, Inquisitoris generalis Lusitaniae, &c. Olisipone. Apud Petrum Craesbeeck. Expensis Christ. Ortegae Bibliop. 1597. 4⁰. 73 ff.

Index Librorvm prohibitorvm cvm Regvlis confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos. Avctoritate Pii IIII. primvm editvs. Postea verò à Syxto V. auctus, et nvnc demvm S. D. N. Clementis Papae VIII. iussu recognitus, & publicatus. Instrvctione adiecta De exequenda prohibitionis, deq́; sincerè emendandi, & imprimendi libros ratione. Venetiis, Apvd N. libr. 142

Marcvm de Claseris. Cum Licentia Superiorum. 1597. min. 8°. 93 pp.

Index Librorvm prohibitorvm cum Regvlis confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos. Avctoritate Pii IIII. primùm editus: Postea verò à Syxto V. auctus, et nvnc demvm S. D. N. Clementis Papae VIII. iussu recognitus, & publicatus. Instrvctione adiecta De exequendae prohibitionis, deque sincerè emendandi, & imprimendi libros, ratione. Coloniae, Apud Cholinum. 1598. 12°. 76 ff.

* Index Expurgatorius in libros Theologiae mysticae D. Henrici Harphii, Theologi eruditissimi, ordinis minorum, ac rerum divinarum contemplatoris eximii, ad exemplar eorundem librorum Romae impressum, collectus. Ex decreto S. D. N. Clementis Papae VIII. Opera Cartusianae familiae jussu superiorum. Parisiis, Nivelle. 1598. 8°. 3½ pll.

Annus in titulo falso sic scriptus est: Iↄ. cIↄ. IIC.

* Index Librorum prohibitorum cum regulis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos, auctoritate Pii IV. primum editus, postea vero a Sixto V. auctus, et nunc demum S. D. N. Clementis P. P. jussu recognitus. Vesontione apud Nic. de Moingesse. 1598. 8°.

Index expvrgatorivs Librorvm qvi hoc saecvlo prodiervnt, vel doctrinae non sanę erroribus inspersis, vel inutilis & offensivae maledicentiae fellibus permixtis, iuxta sacri Concilij Tridentini decretum: Philippi II. Regis Catholici iussu & auctoritate, atq; Albani Ducis consilio ac ministerio in Belgia concinnatus; anno MDLXXI. Accessit huic editioni Collatio censvrae in Glossas Ivris Canonici, iussu Pij V. Pontificis, anno 1572. editae, cvm iisdem Glossis Gregorii XIII. mandato, anno 1580. recognitis & approbatis. Rationem & usum collationis huiusce demonstrat Praefatio Doct. Joannis Pappi, Theologi Argentoratensis. Impensis Lazari Zetzneri. 1599. 12°. 38 ff. 363 pp.

Ex editione Lugdunensi, quam Franciscus Junius curavit (1586. 12.°), repetitus. Cf. „Danielis Maichelii Lucubrationes Lambetanae, queis sistuntur Monumenta literaria historico-theologico-dogmatica ex instructissima Bibliotheca Gulielmi Wakii collecta atque observationibus locupletata. Tubingae Apud Cottas Fratres. 1729. 8.° pp. 100—111: De Indice expurgatorio per Franciscum Junium in lucem protracto."

Edicta et Decreta Sacrae Congregationis Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium etc. Ad Indicem Librorum, eorumdemque permissionem, prohibitionem, expurgationem et impressionem, in universa Republica Christiana specialiter deputatorum ubique publicandum. Romae, Ex Typographia Cam. Apost. 1601—23. 12°. CXV pp.

Haec diversa Edicta et Decreta sub titulo communi: „Librorum post Indicem Clementis VIII. prohibitorum Decreta Omnia hactenus edita. Romae, Ex Typographia Rev. Cam. Apost. 1624.“ collecta sunt.

Index Librorvm expvrgatorvm, Illvstrissimi ac Reverendis. D. D. Gasparis Qviroga, Cardinalis & Archiep. Toletani Hispan. generalis Inquisitoris iussu editus. De Consilio Supremi Senatus S. Generalis Inquisit. Juxta exemplar, quod typis mandatum est Madriti, apud Alphonsum Gomezium Regium Typographum. Anno M.LXXXIIII. Salmvri, Apud Thomam Portav. 1601. 4.° 166 ff. (f. 164: Madriti Apud Alphonsum Gomezium Regium Typographum. M.D.LXXXIIII.)

In titulo M.LXXXIIII. falso pro M.D.LXXXIIII. scriptum est.

Index Librorvm prohibitorvm cvm Regvlis confectis Per Patres à Tridentina Synodo delectos Avctoritate Pii IIII. primûm editus postea vero a Sixto V. auctus et nvnc demvm S. D. N. Clementis PP. VIII. iussu, recognitus, & publicatus. Instrvctione adiecta De exequendae prohibitionis, deq; sincerè emendandi, & imprimendi libros, ratione. Cracoviae, In Officina Petricouij. 1603. 12°. 96 ff.

* Index Librorum prohibitorum Clementis VIII. P. M. jussu recognitus et publicatus. Additis regulis ac exequendae prohibitionis ratione. Leodii. Ex Bibliopolio Henrici Hovii. 1607. 8°.

Indicis Librorvum expvrgandorvm in studiosorum gratiam confecti. Tomus Primus. In qvo qvinqvaginta Avctorvm. Libri prae caeteris desiderati emendantur. Per Fr. Jo. Mariam Brasichellen Sacri Palatii Apostolici Magistrvm in vnum corpus redactus, & publicae commoditati aeditus. Romae, Ex Typographia R. Cam. Apost. 1607. Svperiorvm Permissv. 8°. 8 ff. 743 pp.

De hoc indice cf. scriptiones W. E. Tentzelii „De Indice expvrgatorio Romano rarissimo, qvem Ioannes Maria Brasichellanvs, Sacri Palatii Apostolici Magister, primvs et hactenvs solvs edidit (content. in: Observationvm selectarvm ad Rem litterariam spectantivm Tom. III. Halae Magdeb. Renger. 1701. 8.° p. 133—41; Tom. IV. Ibid. 1701. p. 71—94; Tom. V. Ibid. 1702. p. 314—46)“ — Theodori Crusii „Von Dem raren Indice Expurgatorio Des F. Io. Mariae Brasichellani (content. in: Vergnügung Müßiger Stunden, Oder Allerhand nützliche Zur heutigen galanten Gelehrsamkeit dienende Anmerckungen. Th. I. Leipzig, Rohrlachs Witt. u. Erben. 1713. 8.° S. 9—26; Th. III. Das. 1714. S. 65—101; Th. VI. Das. 1715. S. 24—54; Th. VIII. Das. 1716. S. 18—39; Th. IX. Das. 1716. S. 24—41)“ — Georgii Serpilii in: „S. S. Verzeichnüß einiger Rarer Bücher. I. Stück. Franckfurt u. Leipzig, bey Peetz in Regenspurg. 1723. 8.° S. 52—72“ — Nicolai Ernesti Zobelii in: „Notitia Indicis Librorvm expvrgandorvm editi per Fr. Io. Mariam Brasichellen Sacri Palatii Apostolici Magistrvm etc. Altorfii, Hessel. 1745. 8.° p. 37—80.“

* Indicis Librorvm Expvrgandorvm in studiosorum gratiam confecti Tomvs Primvs. In quo quinquaginta Auctorum Libri prae caeteris desiderati emendantur, per F. Jo. Mariam Brasichell. Sacri Palatij Apost. Magistrum. In vnum corpus redactus, et pub. commoditati aeditus. Romae Primo, Deinde Bergomi; Typis Venturae. 1608. 8°. 8 ff. 608 pp.

Index expvrgatorivs Librorvm qvi hoc saecvlo Prodiervnt, Vel Doctrinae Non sanae erroribus inspersis, vel inutilis & offensivae maledicentiae fellibus permixtis, juxta sacri Concilii Tridentini decretum: Philippi II. Regis Catholici jussu & auctoritate, atq; Albani Ducis consilio ac ministerio in Belgia concinnatus; anno M.D.LXXI. Accesserunt huic editioni. Excerpta aliorvm Librorvm expurgatorum, qui in Indice hoc Belgico desiderabantur, ex Indice Hispanico, Illvstrissimi ac Reverendissimi D. D. Gasparis Qviroga, Cardinalis & Archiepiscopi Toletani, Hispan. generalis Inquisitoris iussu edito, De Consilio supremi Senatus S. Generalis Inquisitionis Juxta exemplar, quod typis mandatum est Madriti, apud Alphonsum Gomezium, regium Typographum, anno M.D.LXXXIV. Caetera vid. pag. sequente. Argentorati, Zetzner. 1609. 8.° 23 ff. 521 pp. Accedit titulus inter pp. 450 et 451 insertus: Collatio Censvrae in Glossas Ivris Canonici, Ivssu Pii V. Pon-Pontificis anno 1572. editae. Cvm iisdem Glossis, Gregorij XIII. mandato, anno 1580. recognitis & approbatis, Rationem & Vsum hujus Collationis demonstrat Praefatio Doct. Johannis Pappi, Theologi Argentoratensis. Argentorati, Zetzner. 1609.

Praeter duos jamjam commemoratos titulos pp. 265—66 tertius invenitur hicce: „Excerpta ex Indice Librorvm expurgatorum, Illustrissimi ac Reverendis. D. D. Gasparis Quiroga, Cardinalis & Archiep. Toletani Hispan. generalis Inquisitoris jussu edito. De Consilio Supremi Senatus S. Generalis Inquisit. Iuxta exemplar, quod typis mandatum est Madriti, apud Alphonsum Gomezium Regium Typographum, Anno M.D.LXXXIV. Argentorati, Zetzner. 1609."

